

**Vota Connubialia Quae ... Viro Dn. Henrico Rudolpho Redekero, I.U.D. Sponso.  
Nec non ... Virgini Margarethe Schützen/ Viri ... Dn. Davidis Schützen/ Ducalis  
Megapolensis Quaestoris ... Svanensis ... Filiae dilectissimae Sponsae**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775783250>

Druck    Freier  Zugang



# VOTA CONNUBIALIA

Quæ

*Amplissimo & Consultissimo Viro*

**DN. HENRICO RU-  
DOLPHO REDEKERO,**

J. U. D.

S P O N S O.

Nec non

*Nobili & Virtutum omnigenarum Splendore  
conspicua Virgini*

**Margaretha Schützen/**

*Viri Amplissimi & Spectatissimi,*

**DN. DAVIDIS Schützen/**

Ducalis Megapolensis Quæstoris, &

Satrapiae Svanensis dum vixit Filiæ

dilectissimæ

S P O N S A E

*Detulerunt*

Fautores & Amici

66(0)66

**ROSTOCHII,**

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. LV.



Spice præsenteshos, ô Deus optime, Sponsos,  
Auspice te binos quos torus unus habet.  
Gaudia sint illis, sint fœdera firma per ævum,  
Floreat, & multâ prole beata domus.

Honoris & fœstæ gratulationis ergo  
L. Mg. f.

Hermannus Hartman,  
Past. Cathedr.

Unde novus plausus? novus unde triumphus in Urbe?  
Hic ubi piscofis Nestla scaturit aquis.  
Fallor è an optatam signant hæc gaudia lucem,  
Atq[ue] serenatis fœdera Sancta Toris?  
Sic est Sponsa sacram Sponsos sistetur ad ARAM,  
MARGARIS Aonio consocianda Viro,  
Nam REDEKERUS agit sponsalia gaudia Docter,  
Et fruitur Thalamo, Sponja pudica, tuo.  
Non te pœnitit tali nupfissæ Martto,  
Cujus ab ingenio dona beata feres.

Vivite

*Vivite concordi felicia corpora lecto,  
Et sicut in aeternos vestra propago dies!*

Tam honoris quam fausta & acclama-  
tionis ergo app.

M. Zacharias Schröder/  
Eccl. Paroch. Pastor.

**S**acra REDECKERUS DOCTOR con-  
vivia lecti

Instituit summo non inimica DEO.

O festiva dies! lux exoptata duobus,

Qui jungi cupiunt in sacra juratori!

Huc ades, ad Sanctam Virgo dum ducitur aram,

CHRISTE, tuo præsens numine junge duos.

Junge duos, thalami sine Te non copula felix.

Te sine non verus pectora jungit amor.

Juradet Heinricus, det Congrua Jura Rudolphus,

Margaris at repleat SCHUTZIA prole  
domum.

Unus amor, pietas ambobus, & una voluntas,

Perq; omnem vitam pax sit, & alma quies.

*Stephanus Elane, Ecclesiastes Gastrov.*

**\*\*\*\*\***

**V**isit quis terras alio sub sole calentes,

Ac à natali tam procul erret humo,

Ut vel ad extremos cursu penetra verit Indos,

Eurus ubi cois litora plangit aquiss;

A 2

Vel

*Vel tandem redditum meditatur, E<sup>st</sup> anxius usq<sup>ue</sup> est,  
Qui ferat ad patrios vela ratemq<sup>ue</sup> lares.  
Tu peregrè rediens peregrè profici cere porrò,  
Ex aliis alias servis adire plagas!  
Siccine Tu verò Solitā dulcedine solus  
Hand traheris patriæ, DOCTOR HONO-  
RE, tuæ?*

*Omninò traheris, puto! Sed violentia major,  
Impetus hic gravior Tetrahit, imò rapit,  
Fatare gente D E O, pia, lecta, pudica virago  
MARGARIS est magnes, Vir Neonymphe, tuus!  
Felix qui JOVAM sequeris SPONSAMq<sup>ue</sup>  
trahentem;*

*Felix Doctorum qui pia vota reples!*  
**WESTFAL** A nunc fiet Tibi **MEKELNBUR-**  
**GICA** tellus;  
*Hic Tibi patria erit! Hic bene semper erit!*

Debiti honoris & fausti ominis  
ergo scribebam.

**Andreas Meßmacher**,  
Sch. Gustrov. Rector.

  
BINADE CONJUGIO EPIGRAMMATA,  
In honorem Domini-Sponsi & Virginis-Sponsæ.

1. De amaritie uxoris mala.

**T**ristis, cultores Christi qui vulnerat ensis;  
Tristis, qui tenuat pallida membra, dolor.  
Tristis

Tristis item metus est , gelidos qui concutit artus;

Tristis odor cerebro sulfuris esse solet.

Tristis & insyavis gustanti felleus humor,

Triste , quod adstringit corpora nostra, gelu.

Tristius excruciat socium sed pessima conjux

Ense, dolore , metu, sulfure, felle, gelu.

## 2. De suavitate conjugis pia.

Gratus amans æqui judex qui jura tuetur,

Gratæ sunt leges semina justitiae;

Gratum judiciale forum fit jure peritis,

Gratus eis Codex & Themis alma manet.

Grata venit rerum laus cognitione parata.,

Gratum quod reficit tristia corda merum;

Gratior at longè est docto pia SPONS A marito

Judice , lege, foro, codice , laude meror.

F.

*Blasius Grabius, Mülh. Th.*

Sch. Gufr. Con-Rector.



Ad Venerem.

*Excellentissimus & Consultissimus Vir*

Dn. Henricus Rudolphus Redeker J. U. D.

*Et Sponsus*

Ita

**O** Venus, armati cedant puerilia Nati,

Arcitenens Virgo fortia telia vibrat.

Quodq; suis fecit, potis est Janare, sagittis

Vulnus! egotestis, sic cupis, ipsi ero.

*Joachimus Geist / Cantor.*

As

*Westphala*

**W**Estphala Terra ferax dignorum laude Virorum  
Te non degenerem, **VIR CELEBRATE,**  
tulit.

**O**nabruga Tibi cunabula stravit amica,  
Et caput Aonii post madefecit aquis.  
Has sed inundavit felici flumine *Varnus*:  
Monstrante Astrae per vada docta viam.  
**T**anto progressu, ut **R O S E U S** lætetur **A P O L L O**  
**C O N S C R I P T I S P A T R I B U S** Te annu-  
merare Scholæ.

**A**RG TROPE dotes genii mirata, celebre  
Jus Tibi DOCTORIS jure inutroq; dedit.  
**G**U S T R O V I U M, quod defit adhuc, nunc divite  
dextrâ  
Erogat: Eunomie sic beat alma suos!  
Magnum est, spem Patriæ supplere & vota Parentum,  
Ac doctas Clarii carpere montis opes:  
Est majus, memori sua Nomina scribere cœlo.  
Et non Principibus displicuisse Viris:  
Propitiis Fatis Uxorem ducere, sortis  
Portio mortalis Maxima teste Deo est:  
Ergo maecte tuâ, **VIR CONSULTISSIME**, sorte,  
Ostendere viam Fata benigna Tibi.  
Blanda tuos intrat Thalamos (Lætare!) **P U E L L A**.  
Quam decorant Pietas, Dos, Charis, atq; Pu-  
dor.  
Sic similis simili gaudet; **P A R N O B I L E** Vive,  
Nunquam non felix Cresce, Viresce, Vale!

**F**ridericus *Wistmann*  
SubConRector.

*Qui*

**Q**uicupit audiri Doctor, Jurisq; peritus,  
Bina manus semper Corpora ferre doces.  
**H**inc insignitur celso pro more Brabèo  
Annulus atq; Liber, Svaviolumq; datur  
**T**e non multò magis Doctoris voce salutem,  
Noctucumq; diu corpora plura legas?  
**N**am duo non versas, sed bis duo corpora rerum  
Ut duo Naturæ sic duo Ego Artis agis.  
**N**onne Tui Juris Corpus, cui jungere gaudes  
Corpus connatum Sanguine Canonico?  
**A**st multis, opus est parum meminisse duorum  
Corporum, enim officii praxis adusq; docet.  
**A**dsunt ergo Tibi quoq; talia præmia honoris  
Annulus aeterni fœdera conjugii.  
**E**s liber inde legi possunt, per Basia mille,  
Liberi; Et his faustum comprecor omne. Vale.

Votivo animo paucula hæc offerebat

**M**elchior Dorn, Collega  
Scholæ Gustr.



I.

An die Frau Schüzin etc.

**S**ich muß Frau Schüzin mich sampt Euch sehr hoch er-  
freuen/  
Und lauter Glückes Wunsch aus vollen Herzen streuen/  
Weil nach den Regen euch die Sonne wieder scheine/  
Weil nach dem Kreuze Gott es gnädig wieder meine/  
Denn

Denn ob wol Gott der Herr viel Creuztlich zugeschicket/  
Und euren Eherirth und Sohnelein entrücke/  
( Und wie dis euch gekränt / kan keiner recht verstehn/  
Es sey denn / das ihm auch desgleichen sey geschehn )  
Jedoch der grosse Gott / der in die Helle führet/  
Und wieder bringt heraus / der unser Leben röhret /  
Mit seinem Eyfer-Strahl / und es doch wieder heile /  
Der hat die Traurigkeit durch Freud in euch zertheilt /  
Und euer Herz erfrischt in dem Er euch gegeben /  
Ein' n solchen Schwieger-Sohn / in dessen Thun und  
Leben /

Ein jeder sich ergeuß / ihn helt ein jeder werth /  
Die weil er ist und heißt in Rechten Hochgelehrte /  
Gott mehre seine Jahr / und las ihn lange leben  
Mitt eurer Tochter / und Gott wolle Seegen geben /  
Das die verliebten siets in Fried und Frödigkeit /  
In lauter Lieb / und Freud zubringen ihre Zeit.  
Was sol ich / werthe Frau / von euren Söhnen nennen /  
Von welchen man mit Recht und Wahrheit mus bekennen /  
Dass sie sind Hochgelehrte / sie welche auf studiert /  
Die Kunst der Hofflichkeit / sind prächtiglich geziert /  
Mitt Lieb und Dienst / womit sie euch allzeit verehren /  
Und gleich an euch dadurch die Jahre noch vermehren.  
Woll deme / der sich so der Seinen trosten kan /  
Dem gehen nicht so hart des Alters Sorgen an.  
Dis alles soll nun mich / hochwerthe Frau / auch lehren /  
Dass ich jex nur Geschlecht mit Wunschen mög vermehren /  
Damit ihr allzumahl lebt frisch / gesund und stark /  
In diesem Leben / und gar späte seit im Sarc /  
Gott / der von euren Leib euch Kinder lassen schauen /  
Der geb / das diese sich auch frölich wieder bauen /  
Das ihr noch weiter geht als ander gangen sind /  
Und herzet mit der zeit Kind / Kindes / Kindes Kind.

II.

Ad Excellent. Dn. SPONSUM.

**T**rinus Honos perfectus Honos Clarissime F A U L T O R  
HEINRICH-RUDOLFE excellens Legum Mo-  
derator.

OFFICIUM, TITULUS Doctoris, amabilis UXOR,  
Rite DEI gratia Officium facies REDEKERE,  
Rem faciesq; domi praeclaris rite Mariti,  
Sic & DOCTORIS nomen. PATRISq; mereris.

III.

Ad Trigam SCHUTZIORUM &c.

**U**ndiq; Bella geri rursum spectamus in orbe,  
Proh dolor! & Causam Belli vix scire licebit,  
Nos verò Bellum, Bellum nos odimus omnes,  
Quod si fortè rogas, cum bellâ Bella P U E L L A  
Cur REDEKERUS amet DOCTOR? respondeo  
paucis.

Non letale hoc est, verùm lètabile Bellum.

O bellent bellè, pugnatis undiq; bellis

Victores manet in Cœlis perpulchra Corona!

*Hoc ternario Nobilissimis Sponsis my-  
riadem bonorum comprec.*

Georg. Christian HolzAppel/ Mogunt.  
Scholæ Gustrov. Collega.

B

Ad

*Ad Præstantissimos, & Literatissimos*

*Viros juvenes*

*Dn. Davidem Matthæum*

*Et*

*Dn. Johannem Albertum*

*Schülzen.*

*LL. Studiosos apprimè industrios.*

*SPONSÆ FRATRES &c.*

*E* vocor ad solemne Sacrum, doctissimi AMICI,

*Quo celebrat thalami gaudia vestra SOROR.*

*MARGARIS HENRICO Doctori nupta*

*Rudolpho,*

*Evocor, ut precibus fædera Sancta juvem.*

*Postulat id pietas, hoc ipsa requirit honestas,*

*Defunctiq; PATRIS tot benefacta movent.*

*Sontica sedratio me detinet ire volentem,*

*Et jubet anxietas usq; manere domi,*

*Quam MARTIS pulli causantur, dira minantes,*

*Sive pedes veniat, sive foventus eques*

*Undiq; nos turbat clamor, dangorq; tubarum,*

*Furtaq; sollicito præmetuenda gregi.*

*Absens ergo precor Neonymphis prospera quaq;*

*Ut pax illorum cingat ubiq; torum.*

*Quod possum, uoveo: vivat par nobile vivat,*

*Conjugiis illis dulcescit usq; jugum!*

*Beneficiorum non immemor*

*Paschasius Hane, Pastor*

*in Gneversdorff.*

*Ode*

Ode Nuptialis Fambica.

V Iti velut decus rubens  
Est uva; vitis fertilis  
Horto: decus sic uxor est  
Viro pudica maximum.  
Hæc sola mentis anxiæ  
Curas suis sermonibus  
Avertit, & mæstum novo  
Juvat virum levamine,  
Hæc sors penigna cum favet  
Lætatur, ægra si tonat  
Tristatur & sic tempori  
Inseriens, res prosperas  
Ornat, levat molestias.  
Talis favente Numine  
Esto SOR OR, quod supplici  
Palmâ precamur singuli,  
Tuo Marito floreas  
Ut uva læta gemmulas  
Trudas novas, & conjugem  
Soleris anxium malum.  
Quodcunq; declines juves  
Sermone, risu blandulô  
Sed firmiore pectore,  
Sic cum quiete commoda  
Et pace Nectoris dies  
Ambo videbitis, Poli

Tandemq;

Tandemq; cum nuptis piis  
Cives Deum cantu novò  
Ter optimum ter maximum  
In sempiterna secula  
Laudabitis celebrabitis!

Hoc fraterni amoris symbolum ponebam.

Samuel Schuhz Sponsæ  
Germanus.

\*  
**I**n thalamum ducis donum, Clarissime Doctor,  
Cælitus oblatum non aliunde tibi,  
Sponjam, Margretam natam Quastore Parente,  
Quam laudant probitas, gratia, forma, genus.  
Gratulor ergo tibi precibusq; fatigo fchovam,  
Ut tardis donet prospera quaq; tuis.

Laurentius Arnoldus Meinhard,



Grafen Leib

*Vivite concordi felicia corpora lecto,  
Et stet in eternos vestra propago da*

Tam honoris  
matio

M. Zachar  
Eccl. I

**S**Acra REDECKER US DO  
vivia lecti

Instituit summo non inimica  
O festiva dies! lux exoptata duob

Qui jungi cupiunt in sacra jurat  
Huc ades, ad Sanctam Virgo dum

CHRISTE, tuo præsens numini  
Junge duos, thalami sine Te non ce

Te sine non verus pectora jungi  
Jura det Heinricus, det Congrua Ju

Margaris at repleat SCHUT  
domum.

Unus amor, pietas ambobus, & un  
Perq; omnem vitam pax sit, & a

Stephanus Elane, Ecclesi

**V**isit quis terras alio sub sole calente

Ac a natali tam procul erret h

Ut vel ad extremos cursu penetra verit

Eurus ubi eois litora plangit aquiss

A 2

